

## INDEX GEOGRAPHICUS.

BETHTHAPHA, Iosue 15. v. 53. in tribu Iuda.  
 BETHUL, Iosue 19. v. 4. urbs tribus Simeon. In nostra versione 1. Paralip. 4. v. 30. vocatur Bathuel. Lubin, confundit cum Cefil. Iosue 15. v. 30.  
 BETHULIA, à priori Bethul omnino distincta; erat autem Galilæa civitas, in planicie Galilæa, seu campo magno Esdrelon, iuxta Esdrelon & Dothain urbes Galilæa; quæ colligi posunt ex toto libro Iudith, præsertim cap. 1. v. 8. cap. 4. v. 5. & cap. 7. v. 3.  
 BETHZACHARA, 1. Mach. 6. v. 32. & 33. aliud nihil erat, quæ fauces angustæ, ut eum locum describit Ioseph. lib. 12. Antiq. c. 14. Significat autem hæc vox domum recordationis. Ubinam autem hæc fauces fuerint, est paulò obscurius.  
 BETHZECHA, 1. Mach. 7. v. 19. fortè non est aliud, quæ Bethzæta Iud. 7. v. 23. & Beze, verisimiliter in tribu Iuda, Iud. 1. v. 4. 5. Potest autem hæc vox domum mundiæ significare. Vide Bethzæta.  
 BETONIM, Iosue 13. v. 26. Vide Batnîm.  
 BEZEC, Iudic. 1. v. 4. seu Bezech, 1. Reg. 11. v. 8. Metropolis regni Adonibesec. Aestate S. Hier. erant & duo villæ nomine Bezech, vicinæ sibi, in septimo decimo lapide à Neapoli descenditibus Scythopolim. Vide Bethzæta.  
 BITHYNIA, Act. 16. v. 7. Alia minoris regio ad Propontidem, & ad Septentrionem Mysiae.  
 BOEN, Iosue 15. v. 6. Vide Abemboen.  
 BOLA, LXX. pro eo quod in versione nostra habetur Bala, quod vide.  
 BONIPORTUS, Act. 27. v. 8. locus ad mare in Creta Insula.  
 BOSES, 1. Reg. 14. v. 4. nomen est prominentis petra inter Machmas & Gabaa. Potest hæc vox, teste Bonif. significare lumen.  
 BOSOR, Deut. 4. v. 43. & sèpius. Fuit in sorte tribus Ruben in deserto, hoc est in campesribus Moab trans Iordanem; civitas Levitica.  
 BOSRA, Gen. 36. v. 33. & 1. Paral. 1. v. 44. Contra hanc Bosram, quæ in Idumæa Australi erat, prophant Iosias cap. 34. & Irem. cap. 49. & Amos cap. 1. Potest hæc vox varia significare, ut vindemiam, munitionem, scitatem, & penuriam. Vult. Nicol. Sanfon Bajan, Asturah, Deut. 1. v. 4. & alibi sèpius, & Bosram eundem omnino esse locum.  
 BOTNIN, sic S. Hier. In nostra versione Iosue 13. v. 26. vocatur Beronim; à LXX. Betanum: est autem civitas trans Iordanem in tribu Gad. Hæc vox significat fructus Terebinthi, vel Resinam Terebinthiam.  
 BUBASTUS, Ezechiel. 30. v. 17. est civitas Ægypti sita ad Orientale Nili brachium.  
 BUNOS, sic LXX. In versione nostra Iosue 5. v. 3. nominatur collis preputiorum. Significat autem Græcum Bvros collens; sed incertum, utrum in LXX. sit nomen proprium.  
 BUTHAN, hunc locum in LXX. invenies Num. 33. v. 6. quem aliqui Etham appellant. Nostra versio semper habet Etham. Vide Etham.  
 BUZ, Ieremias 25. v. 23. videtur esse regio in Arabia, aut in Idumæa penes Arabiam. In LXX. legitur Pæs. Sed apud Theodoretum Bæz. Qui dicit esse Persicam gentem. Significat autem hæc vox contemptum.  
 BYBLOS, S. Hier. Ezechiel. 27. v. 9. nostra versio habet Senes Giblîi, & LXX. Senes Bibliorum, mutatione unius elementi. In Hebræo est Giblim, in nostra versione Ps. 82. v. 8. Gebal, estque urbs in Phœnicia supra Gidonem ad Aquilonem. Vide Gebal.

## C

CABSEEL, Iosue 15. v. 21. urbs in parte Meridionali tribus Iuda. Significat autem hæc vox Dei congregationem.  
 CABUL, Iosue 19. v. 27. urbs est in extremis finibus tribus Aser. Significat hæc vox compedium.  
 CADEMOTH, Deut. 2. v. 26. Significat hæc vox in plurali numero loca Orientalia.  
 CADEMOTH, 1. Paral. 6. v. 79. Vocatur etiam Iosue 13. v. 18. Cedimoth, & Iosue 21. v. 36. aliud nomen habet, nempe lethson. Fuit autem civitas filiorum Ruben data Levitis.

CAM-

## INDEX GEOGRAPHICUS.

CADES fons, desertum, locus stationis, civitas.  
 CADES, Gen. 14. v. 7. locus in quo erat fons Mispat seu indici.  
 CADES desertum, Psal. 28. v. 8. ac Num. 13. v. 27. idem est ac desertum Pharan.  
 CADES desertum Sin, statio seu mansio filiorum Israël, Num. 20. v. 1. & 14. item cap. 27. v. 14. ibi mortua Maria soror Moyis, & percussa petra, ac dicta aqua contradictionis. Sanfon Pharan confundit cum Sin; quod nobis non videtur.  
 CADES civitas in Galilæa, 1. Mach. 11. v. 63. eadem videatur esse cum illa Iosue 12. v. 22. & cum Cedès tribus Nephthalii, Iosue 19. v. 37. 20. v. 7. & 21. v. 32. Item cum Cedès, 4. Reg. 15. v. 29.  
 CADES civitas in tribu Iuda, Iosue 15. v. 23. Cades & Asor. Ubi copulam &, inter Cades & Asor, delendam vult Sanfon; indeque facit Cades Asor. Vide Asor.  
 CADESBARNE, idem quod Cades desertum Pharan; ut patet ex Num. 13. v. 4. & 27. collatis cum Num. 32. v. 8. Deut. 1. v. 19.... & 9. v. 23. Iosue 14. v. 6. & 7. vel certè est locus aliquis deserti Pharan, unde missi exploratores &c. Cades significat sicutatem.  
 CADUMIN, Iudic. 5. v. 21. in Romano Codice Græco habetur Torrens antiquorum. Torreas in tribu Zabulon enascens, & in Torrente Cisjordani influens.  
 CÆSAREA, Act. 8. v. 40. & sèpius. Antea Stratonis turris appellabatur; sita erat civitas ad mare Occidentale, eratque maxima civitatum Iudæa, teste Ioseph. I. 3. Belli, cap. 14. Hanc urbem restauravit Herodes Ascalonita; muris, turris, regia theatro, amphitheatro, portique commodo instruxit, & in honorem Cæsaris, Cæsaracum appellavit. Accidens in ea, qua leguntur Act. 10. v. 1. Act. 12. v. 19. & seqq. & Act. cap. 21. 23. 24. & 25. eius mentio occurrit. Eo venit Apostolus Act. 18. v. 22. & vocatur ab Expositorius Cæsarea Palestinae.  
 CÆSAREA PHILIPPI, Matth. 16. v. 13. & alibi. Antea Laïs Iud. 18. v. 7. deinde Dan appellabatur, postea Panæas votata est; id autem nomen accepit à Philippo terrarcha Iuræ, & Trachonitidis, cùm in ea sedem suam posuerit; & Cæsaream quidem, in honorem Tiberii Cæsaris; Philippus autem nominavit, ut nomen suum immortalitati conferaret.  
 CALANO, Iosue 10. v. 9. Vide Chalanne.  
 CALVARIÆ LOCUS, Matth. 27. v. 33. & sèpius. Hebraicè, vel potius Syriacè dicitur Golgotha, quod Calvariam significat. Mons ille, in quo Salvator noster pro omnium salute crucifixus est, fuit extra urbem, ad Septentrionem respectu montis Sion; nunc urbis moenibus includitur. Utrum acceperit nomen à Calvariis eorum, qui ibidem ultimo supplicio afficiebantur, an à Calvaria Adami ibidem sepulti, disputatur. Postremum fundatur in traditione, quam testantur omnes pene antiqui, refrangante Sancto Hier.  
 CALUMNIA, Gen. 26. v. 20. nomen est putei ab Iosaco effossi.  
 CAMON, Iudic. 10. v. 5. Adrichomius hanc civitatem collocat ultra Iordanem, in dimidia tribu Manasses, ac in Galaaditica regione, cùm Iair ibi sepulitus, esset Galaadites; adeoque eam ponit ad Orientalem plagam Legionis. Duplex Camon agnoscit Calmet, ex eo quod S. Hier. & Euseb. unam ponant in magno Galilæa campo, cis Iordanem, inter Legionem & Ptolemaidam, quæ diversa faret à Camon superiori.  
 CAMPESTRIA IERICHO. Horum fit mentio Iosue 4. v. 13. Cap. 5. v. 13. vocantur ager urbis Iericho, & 2. Reg. 17. v. 16. Campestria deserti, ac 4. Reg. 25. v. 5. planities Iericho: nec non Ierem. 39. v. 5. Campus solitudinis Ierichontina. Solitudo erat, quæ interiebat, torumque ferè spatium occupabat, quod erat ab Ierusalem in Iericho.  
 CAMPESTRIA MEDABA, Iosue 13. v. 9. quæ non sunt alia, quæ Num. 22. v. 1. Campestria Moab nuncupantur. Ea regio est, quæ olim Amorpha Moabitæ eripiebat, in qua iuxta Iordanem fuit ultima Israelitarum mansio.  
 CAMPESTRIA PHARAN, Gen. 14. v. 6. & frequentius. Sunt planities deserti Pharan, quod inhabitavit Israël, Gen. 21. v. 21.

Rrrr 3 CE

CARIATHBAAL, Iosue 15. v. 60. Vide Baala I. & Cariatharim.

CARIATHIARIM, quæ & Cariathbaal, Iosue 15. v. 60. una de quatuor civitatibus Gabaonitarum, pertinens ad tribum Iuda. De hac urbe fuit Urias Propheta, quem interfecit Joakim rex, Ierem. 26. v. 23.

CARIATHSENNA, Iosue 15. v. 49. urbs tribus Iuda, quæ vocata est Dabir, & Cariathsepher.

CARIATH SEPERH, Iosue 15. v. 15. id est civitas litterarum, ac eadem, quæ Cariathenna, & Dabir.

CARIOOTH, Ierem. 48. v. 24. & 41. & Amos 2. v. 2. Est & altera Car. oth in tribu Iuda, Iosue 15. v. 25. ubi prior erat in regione Moabitum. Significat autem hæc vox civitates.

CARIOTH, HERSON, Iosue 15. v. 25. indubitate tantum unum est nomen proprium. Vide Asor.

CARITH, 3. Reg. 17. v. 3. & 5. torrens inter tribus Benjamin & Ephraim contra Iordanem.

CARMEL, Iosue 15. v. 55. urbs tribus Iuda in qua possedit erat Nabal, viri ditissimi, sed pessimi; & sèpius in Scriptura occurrit.

CARMELUS, mons in Scriptura magis nobilis, qui iuxta mare extens, Carmelus maris nuncupatur, Iosue 19. v. 26. Significat hæc vox Hebæc spicam plenam; eandemque significationem varia habent loca, quæ & nomen Carmeli ferunt. Unde variis in locis hoc nomen appellativè, & non propriè sumitur.

CARNAIM, 1. Machab. 5. v. 26. & sèpius; quæ etiam 2.

Mach. 12. v. 21. Carnion appellatur. Vide Astrothcarnaim.

CARTHA, Iosue 2. v. 34. quæ & Cælethhabor dicitur, Iosue 19. v. 12. eademque est, quæ 1. Paral. 6. v. 77. sub nomine Thabor refertur inter Leviticas urbes ex tribu Zabulon desumpta. Cartha inter eadem urbes refertur, Iosue 21. v. 34. Imò Nicol. Sanfon Ceron vel Naol ex tribu Zabulon, Iudic. 1. v. 30. vel utramque cum Cartha convenire prætendit.

CARTHAN, Iosue 21. v. 32. Vide Cariathaim secundo loco.

CARTHAGO, Ezechiel. 27. v. 12. ubi nominantur Carthaginenses. In Hebræo pro Carthaginenses habetur Tharsis. Est ipsa autem urbs Africæ celebrissima, & colonia Tyri in Phœnicia.

CASALOTI, Iosue 19. v. 18. hanc S. Hier. ponit in tribu Isachar; sic tamen ut in confinio esset tribus Zabulon. Significat autem hæc vox stultitias cùm sit pluralis numeri. Contrarius est hæc Bonif. Nicolao Sanfon: ille siquidem Causaloh cum Cælethhabor confundit, quas hic iure merito distinguit.

CASBON, 1. Machab. 5. v. 36. urbs in Galaadite. Ipsa est Casphor.

CASIS, Iosue 18. v. 21. citatur iuxta Hebraicum textum vallis Casis, & est urbis nomen in tribu Benjamin.

CARCAA, Iosue 15. v. 3. locus inter Addar & Asemonia, in limine Meridionali tribu Iuda.

CARCAR, Iudic. 8. v. 10. habetur in Hebræo, Chaldeæ, & LXX. In nostra autem versione excidit, non inanis est sufficiencia. Foret locus ubi iuxta S. Hier. Zebedee & Salmana quiescentes aggressus est Gedeon, & reges illos cepit.

CAREHIM, 1. Paral. 12. v. 6. ex versione nostra videtur fuisse viculus aliquis ignobilis in tribu Benjamin.

CARIA, 1. Machab. 15. v. 23. Alia minoris regio maritima, ad mare mediterraneum & Egæum.

CARIATH, Iosue 18. v. 28. civitas tribus Beniamini, non procul à Gabaa. Hæc vox urben vel civitatem significat.

CARIATHAIM, Num. 32. v. 37. & Iosue 13. v. 19. & sèpius, civitas in tribu Ruben. Significat hæc vox duas urbes, vel urbem geminam, quod duabus quasi uribus constaret. Eadem urbs fuerat aliquando populi Eimim, Gen. 14. v. 5. Post quos illic habitabant Moabitæ, quos expulerunt Amorhei, ac tandem Amorhaeos Israëlitæ. Tempore Sancti Hier. erat vicus Christ anis omnibus florens iuxta Medabam, seu Madabam, urbem Arabiæ: & appellatur Cariatha.

CARIATHAIM, 1. Paral. 6. v. 76. Levitica civitas in tribu Nephthali, quæ Iosue 21. v. 32. appellatur Cariatha.

CARIATH ARBE, Iosue 15. v. 13. Vide Hebron.

## INDEX GEOGRAPHICUS.

CEDEM, s. Hier. in Onomastico. Ezechiël. 25. v. 4. & 10. ubi nostra versio habet filios Orientales seu Orientis, LXX. habent *vnde Kedem*, filios *Kedem*: in Hebreo autem קְדֵם Kedem idem est ac Orientis.  
 CEDES, Iosue 21. v. 32. & saepius, fuit Levitica civitas, & refugii, de tribu Nephthali, & vocatur Cedes Nephthali, & Cedes in Galilaea super montem Nephthali. Sed & hanc cepit rex Assyriorum, quæ aetate Sancti Hieronymi Cidissus appellabatur, in vicepsimo Tyri milliariorum iuxta Panadæm. Vide Cades civitas in Galilaea.  
 CEDES, i. Paralip. 6. v. 72. alia civitas Levitica in tribu Issachar, quæ apud Bonfrerium Iosue 21. v. 28. Cesson appellatur.  
 CEDIMOTH, Iosue 13. v. 18. Vide Cademot.  
 CEDRON, i. Machab. 16. v. 9. civitas versus Philistæorum regionem, quæ Azotum itur.  
 CEDRON, 2. Reg. 15. v. 23. & frequentissimè. Torrens erat, qui fluiebat per vallem Iosaphat, quæ vallis etiam *Vallis Cedron* appellatur; inde, multis fontium & piscinarum aquis auctius, cursum versus Orientem reflectit & in mare mortuum se effundit. Significat autem haec vox obscurata; tem; fortè quidòs is torrens nigris turbidisque aquis fluent, vel à nigris procellis sua incrementa accerferet.  
 CEDSON, s. Hier. urbs in tribu Ruben Levitis separata, quæ in nostra versione Ios. 21. v. 36. Iesalon appellatur.  
 CEELATHA, Num. 33. v. 22. locus in deserto, in quo fuit una ex mansiōibus Israël.  
 CEILA, Ios. 15. v. 44. & saepius, est urbs in tribu Iuda. Testatur S. Hier. tunc temporis fuisse villam Ceila ad Orientalem plagam Eleutheropoleos, in qua sepulchrum Habacuc demonstratur.  
 CELON, Iudith 2. v. 13. Regio Arabie, quantum colligi potest, inter Ismaelitarum regionem & Euphraten.  
 CENCRHÆ, Act. 18. v. 18. & in Epist. ad Rom. 16. v. 1. Corinthiorum navale est apud Ptolemaeum.  
 CENE, s. Hier. & Euseb. Cum nullibi in Scriptura Cene vel Cenez velut loci cuiusdam nomen reperiatur, nomina Principum Idumæorum, Gen. 36. v. 11. 15. & 42. pro urbium nominibus sumit Euseb.  
 CENERETH, Ios. 19. v. 35. urbs in tribu Nephthali ad mare Genesareth. Hanc s. Hier. confundit cum Tiberiade, sed non assveranter; nam Cenereth constituit Scriptura in tribu Nephthali, loco citato; & certum est Tiberiadem fuisse in tribu Zabulon.  
 CENERETH, Num. 34. v. 11. mare, vocatur etiam frequentius Cenereth, ut Iosue 12. v. 3. & est mare Genesareth.  
 CENERETH, Deut. 3. v. 17. Ceneroth, Iosue 11. v. 2. Ceneroth, 3. Reg. 15. v. 20. ubi universum intelligitur omnis terra Nephthali. Proinde Cenereth, Ceneroth, vel Ceneroth, urbs, mare, & regio est.  
 CENI, 1. Reg. 27. v. 10. regionem Philistinorum ponit s. Hier. Verum esse tribus Iudea versus meridiem certi tractus vel regionis nomen, colligit Bonf. ex amicitia David cum incolis istius loci, que exprimitur 1. Reg. 30. v. 26. & 29.  
 CEPHIRAH, i. Esdræ 2. v. 25. & 2. Esdræ 7. v. 29. Caphira dicitur Iosue 9. v. 17. Vide Capbara.  
 CERETHI, 1. Reg. 30. v. 14. populi, & regionis est nomen, quæ à Philistæorum regione diversa non est. Vide Philistihim.  
 CESELETHTHABOR, Iosue 19. v. 12. Vide Cartha.  
 CESIL, Iosue 15. v. 30. urbs in tribu Iuda. Vide Bethul.  
 CESION, Iosue 19. v. 20. Urbs in tribu Issachar Levitis assignata, Iosue 21. v. 28. Scribitur autem i. Paral. 6. v. 72. Cedes.  
 CETHIM, vel Cethim, Gen. 10. v. 4. & saepius. Pro Cethim, interpretatur Nicol. Sanfon Macedoniam; ac Ierem. 2. v. 10. per insulam, seu insulas, per-insulam intelligit. Fundamentum suum petit ex 1. Machab. 1. v. 1. s. Hier. videtur per Cethim, Cyprum intelligere; ac tandem idem nomen ad qualvis insulas & loca transmarina esse accommodatum in Scriptura.  
 CETHLIS, Iosue 15. v. 40. urbis nomen in tribu Iuda.  
 CETRON, Iud. 1. v. 30. urbs in tribu Zabulon, in qua man-

serunt habitatores pristini.  
 CHABOL, s. Hier. Vide Cabul.  
 CHAUL, 3. Reg. 9. v. 13. est regio comprehendens viginti oppida in Galilaea. Ut autem loco citato colligitur, Chabal significat abiectum.  
 CHALAB, s. Hier. Vide Abalab.  
 CHALACH, s. Hier. In versione nostra Gen. 10. v. 11. appellatur Chale. Est autem civitas Assyriorum, quam adficit Assur egrediens ē campo Sennar.  
 CHALANNE, Gen. 10. v. 10. Eadem & Chalane appellatur, Amos 6. v. 2. Calano autem, Iosai. 10. v. 9. LXX. Idaea 10. videntur indicare eam ibi fuisse, ubi turris Iabel fuit sedicata. S. Hier. in cap. 6. Amos ait Chalane Ctesiphontem suo tempore fuisse appellatam. Vultque Nic. Sanfon esse locum, qui hodie vocatur Bagdad.  
 CHALDÆA, Chaldæorum terra, Gen. 11. v. 28. & frequentissimè. Est autem Asia superioris regio notissima, & fertilissima: cuius reges quandoque Reges Assyriorum, aliquando Reges Assur, aliquando Reges Chaldæorum, quandoque Reges Babylonie vocantur. Assyria enim complectitur Assyriæ strictè sumptam, Mesopotamiam, & Chaldæam, Chaldæaque Metropolis fuit Babylon.  
 CHALE, Gen. 10. v. 11. Vide Chalach.  
 CHALI, Iosue 19. v. 25. urbs est in finibus tribus Aser.  
 CHAM, Gen. 5. v. 31. & frequentissimè: filum Noe secundum genitum sonat, cui postscriptum Lybia, sive Africa omnis concessa est. Unde Cham in Egipto. ut Pl. 77. v. 51. & Pl. 104. v. 23. & 27. & Pl. 105. 22. eadem est quæ Africa, & Egyptus.  
 CHAMAAM, Ierem. 41. v. 17. s. Hier. Chamaan habet. Villula iuxta Bethlehem, in terminis tribus Iuda.  
 CHANAAN. Terra Chanaan, & Chananei populi à Chanaan quarto filio Cham nomen habent, Gen. 9. v. 18. & saepius. Terminos eius vide Genes. 10. v. 19. Ex promissionibus Abraham, Isaaco, & Iacobœ factis, terra promissionis, ac terra promissa est dicta. Exod. 3. v. 8. & 17. & alibi multoties dicitur terra lacte & melle fluens. Montuosa tamen erat & campestris. Deut. 11. v. 9. 10. & 11. &c.  
 CHANATH. Vide Canath.  
 CHARACA, 2. Machab. 12. v. 17. urbs trans Iordanem in terra Tob, ac tribus Gad.  
 CHARAN sive CHARRAN, Tobiæ 11. v. 1. civitas Assyriorum vel Medorum, inter Ecbatana & Niniven.  
 CHARAN, s. Hier. de locis, ac in nostra versione, Act. 7. v. 2. & 4. Sed Haran appellatur Gen. 11. v. 31. & 32. & cap. 12. v. 4. & 5. & 4. Reg. 19. v. 12. & Ezech. 27. v. 23. Haran autem dicitur Iosai. 37. v. 12. Est civitas Mesopotamia, ubi Romanus casus est exercitus, & Crassus Dux captus.  
 CHARCAMIS, 2. Paral. 35. v. 20. & Ierem. 46. v. 2. & saepius, urbs iuxta Euphraten.  
 CHASPHIA, 1. Esdræ 8. v. 17. Hunc locum Calmet putat esse montem Caspium ad mare Caspium inter Median & Hyrcanian.  
 CHEBBON, Iosue 15. v. 40. urbs in tribu Iuda.  
 CHEBRON, 1. Machab. 3. v. 65. eadem est quæ Hebron, quæ vide.  
 CHELMAD, Ezech. 27. v. 23. regionis nomen est prope Assyrios.  
 CHELMON, Iudith 7. v. 3. locus iuxta Esdrelon & Bethuliam in Galilæa inferiori.  
 CHENE, Ezech. 27. v. 23. regio in Asia iuxta Mesopotamiam.  
 CHENNERETH, s. Hier. Vide Cenereth.  
 CHERUB, 1. Esdræ 2. v. 59. & 2. Esdræ 7. v. 61. locus in Babylonica regione, in quo Iudei aliqui sub ipsa captivitate habitaverant.  
 CHESLON, Iosue 15. v. 19. erat in extremis finibus Iuda ad Aquilonem, nec procul ab Aelia. Ut ait S. Hier. vocem hanc fulguram interpretari potes.  
 CHETHIM, s. Hier. Vide Cethim.  
 CHIDON & NACHON sunt eiudem hominis duo nomina, cuius area, in qua percussus est Oza, sub nomine Chidon

## INDEX GEOGRAPHICUS.

recensetur i. Paral. 13. v. 9. & sub nomine Nachon 2. Reg. 6. v. 6. recensetur i. Paral. 13. v. 9. & sub nomine Nachon 2. Reg. 6. v. 6. sic diuersus à circumcisione, &c.  
 COLOSSÆ, s. Paul. Col. 1. v. 2. urbs Phrygia fuit: non Rhodus, ut patet ex Laodicæa, & Hieropoli, nominatis ab Apoft. in eadem epist. quæ itidem urbes Phrygia erant.  
 CONTRADICTIONIS AQUA. Vide Cades deserti Sin.  
 CONVALIS ILLISTRIS, Gen. 12. v. 6. Ut ex S. Hier. & Euseb. liquet, est vallis longo ductu porrecta à Septentrione in Austrum, ad ripam Jordanis, à monte scilicet Libano usque ad mare mortuum. Hebraicè dicitur מורה Elion more, ex cuius appellationis prima voce deformatum est Aylon: sive S. Hier. & Euseb. hanc vallem nominant. Adrichom. eam confundit cum Valle Save, Gen. 14. v. 17.  
 CONVALIS MAMBRE, Gen. 13. v. 18. & c. 14. v. 13. Verum Gen. 23. v. 17. & 19. sinè addito nomine vallis, eadem simpliciter Mambre vocatur. Erat iuxta Hebron; nam Hebron erat in monte positæ, ut ex Iosue 14. v. 12. & c. 20. v. 7. liquet.  
 COOS, 1. Machab. 15. v. 23. idem locus qui Act. 21. v. 1. Coss dicitur. Insignis maris Ægæi insula fuit, non procul Halicarnasso.  
 CORINTHUS, Act. 18. v. 1. & frequentius: urbs Achaia, Græcis, Latinique scriptoribus celeberrima.  
 COROZAIN, Matth. 11. v. 21. & Luc. 10. v. 13. Fuit una ex civitatibus Decapolis, iuxta stagnum Genesareth sita. Hanc Capharnaum distante facit Adrichom. duabus leucis versus Orientem, & totidem, vel paulo amplius Bocharidus.  
 COUS, Act. 21. v. 1. Vide Coos.  
 CRETA, Act. 27. v. 7. insula in mari Mediterraneo, inter Asiam, Africam, & Europam. Hodie Candia nuncupatur.  
 CUTHA, 4. Reg. 17. v. 24. civitas Assyriorum, de qua dubitat Sanson, num sit Susa.  
 CYPRUS, Cant. 1. v. 1. & saepius, usque hodie est maris Mediterranei Insula notissima, ac nobilissima.  
 CYRENE, 4. Reg. 16. v. 9. & Amos 1. v. 5. ac bis in Novo Testamento. Constat ex N. T. esse illam, quæ trans Ægyptum sit, & Ægypto contermina: utrum autem illa ex V. T. sit eadem, non constat.  
 D  
 DABERETH, Iosue 21. v. 28. & i. Paral. 6. v. 72. fuit Levitica civitas in tribu Issachar, in confinio tamē tribus Zabulon, ut liquet ex Iosue 19. v. 12.  
 DABIR, Iosue 12. v. 13. eadem erat quæ Cariath Seper antea vocabatur, Iosue 15. v. 15. & Cariathenna eodem cap. v. 49. Est una inter civitates Leviticas ex tribu Iuda excerptas, Iosue 21. v. 15. i. Paral. 6. v. 58. Saepius in Scriptura occurrit.  
 DABIR, Iosue 13. v. 26. civitas in tribu Gad. Dicitur autem Dabir à loquendo vel ab eloquendo, quasi ibi eloquentia locus vel Gymnasium esset. Atate S. Hier. erat villa Iudeorum in monte Thabor, regionis ad Diocæstrem pertinentis.  
 DALMANUTHA, Marc. 8. v. 10. regio trans mare Galilæa iuxta Gerasam. Eadem à Matth. 15. v. ult. dicitur Magedan. De situ Magedan seu Dalmanutha disputatur.  
 DALMATIA, 2. Tim. 4. v. 10. Illyria pars ad mare Adriaticum.  
 DAMASCUS, Gen. 14. v. 15. & frequentius, urbs fuit Syria; quapropter 2. Reg. 8. v. 5. & saepius Syria Damasci vocatur. Fuit, ut scribit Strabo lib. 16. Damascus urbs insignis, omnium fere nobilissima, quæ in ea sunt regna. Sita fuit inter Libanum & montem Hermon, Syria Damascæ caput & regia regum Damasci. Euseb. Fortè dicta est ita à Damasco illo Eleazar Abrahami vernaculo, Gen. 15. v. 2. Vox Damascus significat sanguinem vel filium procuratoris.  
 DAMNA, Iosue 21. v. 35. in tribu Zabulon, urbs Levitis separata.  
 DAN, quintus fuit filius Iacob, ac huius nominis tribus describitur Iosue 19. v. 40. & seqq.  
 DAN, Gen. 14. v. 14. & passim. Vide Lais.  
 DANNA, Iosue 15. v. 49. urbs in monte, in tribu Iuda.  
 DAPHNA, Num. 33. v. 12. & 13. mansio filiorum Israel in deserto.